

Handwritten text on the right edge of the page, including numbers 2 and 3, and some illegible characters.



1578.

1. Hochmannus, Thomas: De legitima ab intestato
successione

1587.

1. Bucerus, Henricus: De iure dotium.

1592.

1. Bucerus, Henricus: De contractu in genere et in specie
de emptione et venditione.

2. Entylmus, Matthaeus: Conclusiones ex materia for-
mae selectae

1595.

1. Bucerus, Henricus: De forma, De substantialibus, et
accidentalibus feudis.

1596.

1. Magirus, David: De iurejurando.

2. Magirus, David: De feudis.

3. Magirus, David: De probatione in genere et singulis
ejus speciebus

1596.

1. Zieglerus, Michael: De rerum naturalium principis

1597.

1. Bucerus, Henricus: Synopsis totius juris feudalis et
selectiores ejusdem quaestiones

2. Bucerus, Henricus: De jurisdictione.

3. Magirus, David: Quaestiones juris controversarum
in materia de pactis et transactionibus desumptae

4. Magirus, David: De usucapionibus et praescriptionibus.

1598

1. Magirus, David: De usuris quaestiones aliquot.

2. Magirus, David: Quaestiones juris controversarum

Secundus

3. Magirus, David: De personarum servitutibus, usufructu et

usu. David: Quaestiones controversae in appellationum
materia selectae

1602.

1. Magirus, David: De lege regia

1608

1. Bucerus, Henricus: De possessione

1608

2. Magirus, David: De solutionibus.

1609.

1. Neyfferus, Valentius: De praescriptionibus.

1610

1. Bocerus, Henricus: De successione conventuali, ea
jure civili, canonico, feudali, Saxinico. . . . de prompta.

1614.

1. Besoldus, Christophorus: In libro I et II de sumptibus,
Illustrum quaestionum cinna.

2. Besoldus, Christophorus: Selectiores juris controversi
Decisiones ex lib. 3 et 4. de sumptibus

1615

1. Besoldus, Christophorus: Thematia juris controversi

subsequentia ex libro 5 et 6 ff patrimonium de prompta

2. Besoldus, Christophorus: Quaestiones selectiores controversiae ex 7 et 8
1616) pars d. libris, materiam personarum et realem complectentibus, de prompta.

3. Besoldus, Christophorus: Cinnus problematum juridicorum
ex libro ff. 11 et seqq. usque ad 87 de prompta

1616

2. Meroldus, Christopherus: Illustres quaestiones ex 16
postremis pandect. libri desumptae

1618

1. Harpprechtus, Johannes: Repetitio gravissima et si inquam
§ C. de revocand. donationibus

1619.

1. Laurius, Thomas: De academia

1621.

1. Meroldus, Christopherus: De casibus fortuitis, ubi
de eorum jure, tam in contractibus, quam alii negotiis
... agitur

1625

1. Ruemelinus, Martinus: De testamentis I.

1626

1. Meroldus, Christopherus: De privilegiis literarum
2. Frederus, Hieronymus: De inventaris confectione

1630.

1. Besoldus, Christophorus: de multitalibus.

1632


1. Besoldus, Christophorus: De modo referendi seu vocandi in causis civilibus, tam primae quam secundae instantiae.

1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850

1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
















1264B

40.

Cinnus

Problematum Juridicorum.

1616, 1.

Ex Libro ff. XI. & seqq. usque ad XLVII
(exclusive) depromptorum.

27

QUEM

CHRISTOPHORVS

BESOLDVS, IC. ET AN-

TCESSOR ACADEMIÆ

Tubingensis; vicibus diversis,

*Auditoribus suis, privati exercitii gratiâ, discutiendum
exhibebat.*

Cum Auctario Quæstionum Philologi-
carum.



Tubingæ,

Typis Johannis Alexandri Cellii,

ANNO 1616.

SI alicujus Servi furtum fecerint, in Dominum noxalis furti actio datur: sic tamen, ut non in singulos detur persecutio pœnæ. *Arum. disp. ad LL. 10. th. 6.*

2. Libero homine occiso, ejus heredes utiliter ex Lege Aquiliâ agere possunt. *Costal. ad l. 3. si quadr. pauper. Wesemb. in parat. ad L. Aquil. num. 7. vid. Cujac. 21. obs. 20. obst. l. 15. in fin. ad L. Aquil.*

3. Si alius mortiferè aliquem vulneravit, alius verò mortem acceleravit; prior æquè ut posterior de occiso tenetur: si certò constet, ab utrisque vulnus lethale inflictum. *l. 11. §. Celsus. l. ita vulneratus. 51. vers. igitur si quis. l. 15. §. 1. ad L. Aquil. Arum. disp. ad Leges. 10. th. 3.*

4. Mirabilem Legis Aquiliæ rationem esse dicunt, quòd nullam pœnam ponit, si, quo tempore animal plurimi est, interficiatur: sed tum demum, cum est depretiatum. *l. 21. l. 23. §. Idem Iulian. l. 51. ad L. Aquil. Horom. ad §. his autem verb. Inst. de L. Aquil. Forfan id ita est constitutum, quò magis tuti essent quadrupedes atque servi viliores, & quos aliàs pretii vilitas aliorum injuriæ exponit.*

5. Vicinus vicino, ex cujus ædibus incendium fuit ortum, damnum refarcire tenetur: sed tamen actor, Patremfam. in culpâ esse, probare debet. *videatur Virgil. Pingitz. er. decis. Ienens. 24. Grævus. 2. concl. pract. 21. Andr. Gerhardi, disp. Inst. 17. th. 6. Pacius. l. évœvl. 45. Hackelm. illustr. th. 24. disp. 1. Raudensis decis. 6.*

6. De jure Civili, divisio inter fratres fit; vel Judicis officio, vel forte. *l. 4. §. sed & tabulas. l. 5. l. 15. l. 23. l. 27. fam. ercisc. l. 3. & 4. C. com. d. legat. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars, Cod. Fabrian. libr. 3. tit. 25. def. 2. Græv. 2. conclus. 116. Quod nec Jure Canon. mutatum puto. vid. cap. 1. de Paroch. diff. Mynsing. 4. observ. 37. Gail. 2. observ. 116. num. 12. Hackelman. illustr. 8. th. 7.*

7. Hereditatis Divisio sortitione à scientibus ordinata, nec ob partium immodicam inæqualitatem rescindi potest. Nisi partes tam inæqualiter factæ essent per errorem. *Fachin. 8. cap. 36. §. Illud controversum. Dn. Præses. tract. de Appellat. cap. 7. num. 11.*

8. Sumptus Studiorum, non veniunt in collationem. *l. 50. ff. fam. ercisc. Thoming. decis. 32. Giphon. in Antin. Iur. civ. disp. 1. in coroll.*

9. Correo adversus correum, communi dividendo actionem competere putarem: contra Molin. *Anton. Faber. 11. conject. 8. l. 14. in pr. am. div. arg. l. 17. depos. vid. l. 31. §. 1. d. novat. l. 34. §. si duo. d. solut.*

10. Trigam duplicium actionum, referimus ad actiones mixta.
Wesembec. & Cujac. in parat. tit. fin. regund. famil. ercisc. & com. divid. D. l. commun. ad. §. quædam. Instit. d. act. contra Donell. ad §. omnium. & ad d. §. quædam. Inst. d. act.

Ex lib. 11. & 12. ff.

I.

1. Interrogatoria dicitur actio, non quâ interrogationi cogitur adversarius respondere: sed quæ ex interrogati responsione datur, perinde ac si obligatus esset. *vid. Duaren. 1. disp. annivers. cap. 43.*

2. Interrogationes, quæ interroganti ad fundandam actionem proficiebant, quamvis & olim minus fuerint frequentes, tandemque ab usu recesserint prorsus: eas tamen, quæ ad probationes conducunt, adhuc in viridi observantiâ esse comperimus. Eæque in omni Judicii parte, non tamen post conclusionem fieri possunt. *Hackelm. ill. 8. 6. 19.* Sed tamen Judex litigatores, etiam postquam in causâ fuit conclusum, interrogare potest. *l. 21. d. inter. in iure fac.*

3. Privilegium funeris impensis tributum, etiam ad sumptus ob morbum factos, extendi debet. *Wesembec. in Paratit. d. relig. & sumpt. fun. in fin. Negusantz. d. pignor. part. 5. membr. 2. num. 28.* De funerariâ verò actione, videatur omninò Timæus Faber, *Annotat. lib. 1. cap. 3. & seqq.*

4. Pupillus sine Tutoris sui auctoritate contrahens, ne quidem naturaliter obligatur. Nisi locupletiore ex istis obligationibus factum eum esse, probetur. *vid. Gædd. d. stipulat. 7. conclus. 12. Vultej. disceptat. 16. Arumæum, tract. de mora. cap. 6. num. 8. & c. Reiner. Bachovium. 1. miscell. cap. 12.* Tunc enim civiliter obligatur: quæ tamen civilis obligatio, intuitu veteris juris, vocatur adhuc obligatio naturalis, *in l. 5. in pr. de auct. & consensu tutor.*

5. Quemadmodum nec Pubes Minor, Curatorem habens, sine eo civiliter obligatur: nisi in quantum locupletior est factus. *Gædd. ad l. 21. d. verb. signif. Robert. 1. animadvers. cap. 12.* Verùm ut hodiè Juramentum; ita olim Stipulatio, etiam minores ligabat. *l. puberes. 101. l. ult. §. 2. d. verb. oblig.*

6. Si certi generis numi, putà centum Joachimici, ut Joachimici; non certa summa in Joachimicis fuerit data: tum in eodem genere Monetæ, reddi debent. *Coler. d. Process. executivis, part. 1. cap. 10. num. 14. Andr. Gerhardi disput. Instit. 12. quæst. 6. vid. Ant. Fabrum in tract. de varior. nummar. debitor. solut. & Jac. Alemannum, in Palaestra consultat. adde Dn. Bocer. tract. d. monetis. sparsim.*

2

7. Quam-

7. Quamvis in foro quem animæ vocant, non fit differentia inter simplicem loquelam & Juramentum: in foro tamen contentioso, ubi cum tolerabilibus quoque est conversandum, remedium hoc necessarium reputatur, liciteque adhibetur. *Ægidius Hunnius, ad Matth. cap. 5. ad verba: rursus audivistis quod dictum fuerit, &c. Dana. 2. Eth. Christ. c. 9. à princ. Covarru. in c. quamvis. part. 1. relect. §. 6. num. 1. de pactis. in 6. Petrus Gregor. Tholosanus. in syntagmat. Iuris lib. 50. cap. 3.*

8. Qui juravit per Deum (calore) solum Deum: qui verò consultò, etiam Magistratum vindicem habet. *Menoch. 2. arbitr. quest. 319. Duaren. 2. disput. 37. Robert. 2. sentent. 20. Fachin. 1. controvers. 14. Petr. Perrenon. animadvers. 2. cap. 8. dissent. Cujacius. 2. observat. 19. & 8. observat. 7. adde Herdesianum. tr. singular.*

9. Non in omnibus Bonæ fidei Actionibus in litem juratur: cum non in omnibus agatur de re restituendâ, vel exhibendâ. *Anton. Fab. 6. conject. 17. Arum. disput. ad leges. 11. §. 12. Bronchorst. 2. antinom. 32.*

10. Quamvis debitum sibi quis recipiat; tamen si is qui dat, non debitum dat, repetitio competit. *l. 19. §. 1. d. condict. indeb. vid. l. 44. tit. eod. Cujac. 8. observ. 9. Donell. 14. comment. 13. Charondas 2. verisimil. 15.*

Lib. ff. 13. & 14.

I.

Condictio furtiva datur in solidum contra heredem. *Anton. Fab. 4. conject. 1. contra Cujac. 7. observ. 37. & 13. observ. 34. Philip. Matth. ad l. 38. num. 22. & c. d. R. I.*

2. Condictio Triticaria, (ab auctore nomen habens; *Duaren. ad tit. ff. de condict. trit. & ibid. Donell. diss. Cujac. in paratitl. & Hotom. ibid. in commentar.)* stricti Juris est: *Robert. 2. animad. 4. & 5. Donell. in l. 3. num. 13. d. condict. trit. contra Cujac. & qui hunc nunquam non sequitur Borcholten. c. 7. de mutuo. num. 95. eâque petimus alias res, quam pecuniam numeratam. l. 1. in princ. ff. de trit. condict. & ibi Cujac. in parat.*

3. Quod certo loco dari oportet, non eo tantum loco petitur re-ctè; sed & alio, citra periculum plus petitionis: *tot. tit. ff. de eo quod cert. loc. & tot. tit. C. ubi conven. qui cert. loco. & c. debitor tamen conveniri potest, non in quocunque alio loco; verum habenda est ratio fori. Duaren. ad tit. d. eo quod cert. loco. cap. 4. Hackelm. illustr. 10. §. 16.*

4. Donare videtur qui sciens in debitum constituit. *l. 33. de Reg. Jur. l. 9. C. d. cond. indeb. Costal. & Gothofr. ad l. 11. d. const. pec. diss. Zas. in §. constituta. num. 12. & ibid. Ias. num. 40. Inst. d. act.*

5. Qui

5. Qui utendum aliquid accepit, damnum injuriâ datum non præstat; si nullâ ejus curâ, aut diligentia potuit provideri. *vid. l. 5. §. 2. l. 19. ff. commod. l. 41. ff. locat. Hotoman. 4. observ. 12.*

6. Rem alienam pignori dedisti, deinde dominus ei rei esse cœpisti; datur utilis actio pignoratitia creditori. Non est idem dicendum, si ego Titio, qui rem meam obligaverat, sine meâ voluntate extitero heres. *l. 41. de pignor. act. l. si Titio. 22. de pignor. vid. Vultej. discept. 17. Robert. 2. lect. 5. Charond. verosimil. 1. cap. 20.*

7. Venit in actione pignoratitiâ, & dolus & culpa, ut in Commodato; venit & custodia: vis major non venit. *l. 13. §. 1. de pignoratit. action. vid. Cujac. 18. observ. cap. 24.*

8. Filiusfam. Senatusconsulto Macedoniano renuntiare non potest. *l. 13. ad Macedon. Covarruv. in c. quamvis. de pactis. in 6. part. 2. §. 3. sub num. 6. Petr. Mozzius d. contract. tit. d. Mutuo. §. quomodo mutuum deficiat. num. 19. Fachin. 2. contr. c. 26. Dissent. Zasius. 2. respons. 28.*

9. Filiusfam. si solverit, cum adhuc in Patris esset potestate, consumptâ à creditore pecuniâ, nullam pater actionem habet. *l. 14. d. reb. cred. vid. l. 9. §. 1. ad Macedon. Dn. D. Harppr. disp. 2. §. 4. lit. b. part. 2. Pacius. 3. antinom. 65.*

Ex 15. & 16. lib. ff.

I.

SI nihil sit in peculio, in bona Patris vel Domini mitti nequit, qui de peculio est acturus. *l. 50. in prin. d. peculio. vid. l. Fulcinius. §. si quis actione. ibi: esse potest. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. Pacius 4. antin. 63. Cujac. lib. 9. Quest. Papin.*

2. Si in rem Patris vel Domini sit versum, deinde defierit esse verum; datur actio de in rem verso. *vid. l. 3. §. 7. l. 10. §. 6. l. 17. l. 19. ff. de in rem vers. Cujac. tract. 8. ad African. in explicat. d. l. 17. Pacius 4. antin. 68.*

3. Mulierem SCto Vellejano renuntiare non posse, putarem. *Arum. disput. ad ll. præcip. 12. §. 7. Donell. 12. com. cap. ult. circa fin. Hackelm. disput. ill. 9. §. 12. vid. l. ult. §. pen. ad SC. Vell.*

4. Si Tutori indemnitatem mater Pupilli promiserit, auxilio SCti Vellejani uti potest. *l. 6. §. 1. & seq. C. ad SC. Vell. Pacius 4. antin. 72. Cujac. tract. 4. ad Afric. in explic. l. tutor. ff. ad Senatusconsult. Vellejan.*

5. Mulier ab alio pecuniam mutuò sumens, ut pro marito solvat; Senatusconsulto adversus creditorem scientem, se tueri potest. *l. 28. §. fundum. ad SC. Vell. vid. l. 13. C. eod. Duaren. cap. 2. ad SC. Vell. Hotom. 6. obs. 2.*

6. Compensatione ipso jure obligationem tolli, censemus. *Arum. disput. ad ll. 12. §. 8. Cujac. 8. observ. 16. Donell. 16. com. 15. Bronchorst. 2. antinom. 41.*

7. Non ut depositum, ita etiam commodatum compensationem respuere videtur. *Cujac. 9. observ. 37. & ad Paul. 2. sentent. tit. d. Deposito. Hotoman. 1. amicabile. 21. Bronchorst. 2. antinom. 42. vid. l. ult. C. commod. Arum. disp. ad LL. 12. §. 2.*

8. Depositum in rebus immobilibus non consistit: cum communi contra Gædd. in l. 110. d. Verb. Sign. num. 3. & ad rubr. de sequestr. n. 8. & c.

9. Rei depositæ possessio, in Sequestrum non transit. *Arum. disput. ad ll. 12. §. 9. vid. Gædd. d. sequestr. num. 121. Charond. 1. verosimil. 6. Coras. 3. misc. 2. Donell. 5. com. 13.*

10. In specie L. Lucius. 24. ff. Depos. Depositum, non Mutuum esse, autumamus. *Arum. d. disput. §. 10.*

Ex 17. & 18. ff. lib.

PROCURATOR dolum & omnem culpam præstat. l. à Procuratore. 13. l. in re mandata. 21. Cod. mandati. Donell. 13. com. 11. Pacius 4. antin. 83.

2. Mandatum solvitur morte: Donell. 16. com. 23. nisi aliud disertis verbis, vel re ipsâ fuerit actum. l. 12. §. fin. & l. seq. ff. mand. add. l. ult. ff. d. sol. vid. Pacium 4. antinom. 85. Bronchorst. 2. antinom. 46. Cujac. 1. observ. 38. & 2. observ. 31.

3. Etiam unius rei socii, in id tantum quod facere possunt, condemnari debent. l. 63. pro socio. l. 16. d. re iudic. Bronchorst. 2. antin. 51. Pacius 4. antin. 100.

4. Si inauratum aliquid sit, licet ego aurum putem, emptio valet: non si æs veneat pro auro. l. 14. l. 41. §. mensam. d. contrah. empt. Cujac. 2. observ. 4. Gæddæus 3. d. stipulat. 46. Pacius. 5. antin. 4. Bronchorst. 2. antin. 53. vid. Fachin. 2. controvers. 1.

5. Obscuritas pacti, nocere potius debet venditori, si id dixit; quam emptori. l. 21. l. 34. in princ. d. contrah. empt. Pacius 2. antinom. 7. Guil. Forner. 2. select. 18. Bronchorst. 1. antinom. 40.

6. Annuorum reddituum, emptio est. cap. 1. & 2. d. empt. & vend. in extravag. Gail. 2. observat. 7. contra Hotoman. 2. observ. 15. vid. Frider. Mind. 2. d. mandat. cap. 72. num. 5. Fachin. 2. controv. 43.

7. Arrhæ cum contrahendæ, tum contractæ venditionis nomine dari solent: inter quas duas species arrharum, multum interesse puto. *Wesenb. in parat. d. contr. empt. num. 9. Bronchorst. 2. antinom. 54. Et inde non.*

Juridicorum.

5

nunquam arrharum amissione rescinditur venditio. *Zaf. singul. Respons. cap. 24. lib. 2. diss. Sichard. ad l. contractus. C. d. fid. instr. Schneidevu. & com. Dd. ad §. 1. Inst. d. empt.*

8. Jus accrescendi transit in emptorem. *arg. l. 2. d. hered. vel. act. vend. l. 33. in f. d. usufr. Duaren. 2. d. Iure accresc. 6. Robert. 3. animadvers. 12. contr. Cujac. 12. observat. 13. Bronchorst. 2. antin. 59. Dn. Harppr. d. empt.*

9. Beneficium l. 2. Cod. d. rescind. vendit. emptori quoque prodest. *Donell. in comment. ad d. l. ibique Pinel. part. 1. cap. 2. Robert. 2. animadvers. 12. contra Cujacium 16. observ. 18. & 23. observ. 32. Anton. Fabr. 8. err. 7. Imò locatori quoq; & cōductori, idem beneficium competit: & quoq; in permutationibus atque locationibus locum habet. Pinel. l. 1. cap. 3. Robert. 2. animadvers. 14. contra Fabr. 8. err. 8. & 9. In transactione verò & donatione, non æquè. vid. Pinel. part. 1. cap. 4. num. 14. Gail. 2. observ. 70. Bronchorst. 2. antin. 58. Fab. 8. err. 10.*

10. Perfectâ emptione, periculum ad emptorem respicit. *l. necessario. d. peric. & comodo rei vend. l. si fundus. 33. ff. locati. Anton. Fab. 2. conject. 4. Schifordegher. libr. 2. tract. 18. diss. Cujac. quem sequitur Dn. Bocer. ad l. contractus. cap. 4. num. 7.*

Ex 19. & 20. ff. lib.

I.

SI rem venditam non tradat venditor, in id quod interest, emptori agere licet. *l. 1. in princ. d. act. empt. l. 4. Cod. eod. Gædd. d. stipulat. cap. 9. num. 65. & c. Vaudus. 1. var. quest. 9. Charond. 3. verosimil. 12. Fachin. 2. cap. 30. contra Fabrum 6. conject. 7. (sibi tamen contrarium, 17. error. 7.) Arum. disp. ad ll. 13. §. 8. & alios*

2. Generaliter locator est, qui dat utendum vel faciendum aliquid; qui accipit, conductor. *Cujac. 2. observat. 28. Robert. 1. anim. 10. Hackelm. disp. illustr. 11. §. 11. à pr.*

3. In locato, regulariter dolus tantum & lata culpa præstatur. *l. 1. §. nunc videndum. Quæ regula exceptionem patitur quandoque. l. 25. §. qui columnam. ff. locat. §. ult. Instit. eod. Vultej. discept. cap. 15.*

4. Locatio, pecuniæ dationem requirit. *l. 2. l. 25. §. 6. ff. locat. l. si olei. 21. C. eod. Arum. disp. 13. §. 9. contra Dn. Bocerum ad l. contractus. cap. 4. num. 9. & alios.*

5. Permutatio, contractus est innominatus. *l. 1. §. item emptio. d. rer. permut. Nomen enim proprium non habet: cum omnis penè contractus, constet velut permutatione quâdam. Cujac. in paratit. Cod. d. rer. per-*



permut. Est ergò permutatio eadem cum contractu do, ut des. l. 5. §. 1. de præscript. verb. vid. Vacon. à Vacuna. 1. declarat. 27. & Anton. Fabrum. 6. conject. 9.

6. Nec urbanæ, nec rusticæ servitutes oppignorari queunt. Bronchorst. 2. antinom. 75. Charond. 1. verosimil. 5. num. 7. Duaren. 2. disp. 13. Arum. 2. disp. 14. §. 4. contra Cujac. 15. observ. 6. vid. Hackelm. ill. 12. §. 10.

7. Tacitam non habet hypothecam, cujus pecuniâ domus est empta. Donell. 23. com. 14. Robert. 3. anim. 84. Faber. 8. conject. 11. Ut nec qui ob restitutionem aut refectionem navis, vel rei similis (præter ædium) credidit numos. Bronchorst. 2. antin. 76. Arum. disp. 14. §. 7.

8. Opus est conventionem expressâ, ut illata in prædium rusticum, pignoris jure teneantur. Charond. 3. verosimil. 15. Bronchorst. 2. antinom. 73. contra Negusant. tract. d. pignor. part. 2. membr. 4. num. 145.

9. Ut mulier in dotis persecutione, anterioribus, etiam expressam hypothecam habentibus, præferatur; contra juris & æquitatis rationem esse videtur. Cum Imperator juris beneficium (tacitæ hypothecæ) non jus contractus, ullo modo adimere possit; nec hoc velle censetur. vid. Arum. disp. 14. thes. 9. Hackelm. ill. 12. th. 12. Facit (1) l. 12. Cod. qui potior. in pignore. §. 1. ibi: etiam tacitam donavimus inesse hypothecam. Ergò vocabulum omnes mox sequens, restringendum est ad terminos tacitæ hypothecæ. Maxumè cum dicatur; temporis privilegio vallati. Privilegium autem propriè dicitur de tactâ hypothecâ, quæ legis beneficio datur; impropiè de hypothecâ conventionem constitutâ. (2) Fac. §. exceptis. in d. l. 12. Exceptio de regulâ esse debet. Exceptio autem loquitur de tacitâ hypothecâ. Ergò & ipsa regula de eo casu est intelligenda.

10. De pacto, quo placuit creditorem non redditâ sibi pecuniâ, rei hypothecatæ possessionem privatâ auctoritate occupare posse; ita sentimus: Si creditor ex istâ conventionem, volente debitore, possessionem ingrediatur, vim eum facere non videri; ut faceret si repugnante. Hackelm. ill. disp. 12. §. 3. Magna tamen hujus clausulæ est vis, & facit executioni paratæ ut sit locus. Petr. Friderus, lib. 2. cap. 71. sect. 4.

Ex 21. & 22. ff. lib.

I

Æ Dilitium Edictum ad venditiones solas pertinet: non tantum Mancipiorum, verum cæterarum quoque rerum. vid. Cujac. 12. observ. 38. Hotom. 4. observ. 17. Arum. disp. ad Leges, 14. §. 14.

2. Si

2. Si quis sciens rem alienam, alterivè obligatam emerit, nec pretium repetere poterit. *l. 27. C. d. Evict. Diss. vulgò Dd. Covarruy. 3. var. resolut. 13. vers. ad eam. Hartman. Pistor. 2. quæst. 10. num. 22. Guil. Fornerius 2. select. 13. vid. Fachin. 2. cap. 40. Ergò nec Vasalli heredes, ob venditum Feudum, ad pretii solutionem tenentur. Arum. decis. libr. 1. decis. 4. & 5. Fachin. 7. cap. 14. Hardevuig. à Dassel. conf. 44.*

3. Si damnetur emptor, ad omnes litis expensas tenetur. Sin autem absolvatur; verius est, eum à venditore sumptus repetere non posse. *Fachin. 2. cap. 39. Treutl. disp. 2. 9. 8. d. vol. 2. vid. Caphallos. opin. tom. quæst. 321.*

4. Emptori de Evictione actio competit, etiam si litis omiserit denuntiationem; modo constet rem defendi non potuisse. *Fachin. 2. cap. 37.*

5. Si emptor sit heres venditoris & Inventarium conficiat, & res sit evicta; in imponendâ ratione bonorum hereditatis, non ratio habetur dupli, sed saltem simpli. *Fachin. 2. cap. 32.*

6. Sola oblatio cursum usurarum non inhibet; sed insuper requiritur consignatio & depositio. *l. 6. C. d. usur. Arum. disp. ad ll. 14. 9. 17. Diss. Molin. d. usur. num. 296. & c. quem sequitur Duaren. in l. 122. §. Seja. d. Verb. Obligat.*

7. Debitor in morâ constituitur, unicâ interpellatione extrajudiciali. *Arum. d. disput. 9. 18. Gædd. d. Stipulat. cap. 11. num. 66. & c.*

8. Omnes accessiones & fructus, à tempore litis contestatæ debentur: usuræ verò nunquam in judiciis stricti juris, nisi ex stipulatione venire videntur. *vid. Hackelm. illustr. disput. 12. 9. 17. Arum. disput. ad ll. 14. th. 16.*

9. Malæ fidei possessor, nullos fructus suos facit, imò & percipiendos cogitur restituere. Bonæ è contrâ fidei possessor, omnes (solis conventionis tempore pendentibus exceptis) lucratur. *vid. Dn. Bocerum, tract. sing. qui junctus est tractatu ejusd. de Crim. Majestat.*

10. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat: quod locum tuetur, tam in Civilibus, quàm Criminalibus causis. *vid. Hackelman. illustr. 13. th. 1. Vmmii. disp. d. process. 15. num. 7. & c.*

Ex lib. 23. & 24. ff.

Nuptiæ non malè contractus definiuntur; & in specie referuntur rectè ad societatem. *l. 1. ff. rer. amot. l. adversus. C. d. crim. expil. hered. t. Instit. d. Nupt. in pr. Donell. 13. cap. 18. In quo autem Nuptiarum obligatio consistat, vid. Donell. d. lib. cap. 21.*

2. Matrimonium de quo agitur in §. mariti. 8. Inst. d. Nupt. Ju-
B stum

stum non esse, ex Levit. 18. v. 11. probari posse videtur: secundum nempe versionem novam, Latinam Tremellii, & Germanicam Piscatoris. addatur vers. 9. ejusd. c. vid. Ant. Matth. disp. ad Instit. 2. th. 11.

3. Ut matrimonium sit justum, & legitimum, non est necesse sponsam deduci in domum mariti. l. 22. C. de Nupt. l. penult. d. donat. inter. vir. & uxor. l. 30. d. Reg. Iur. Brönchorst. 3. ant. 7. contra Pacium 5. ant. 47. Du. Bocer. disput. quæ juncta est tract. d. Monetis, th. 6.

4. Res, quæ ex dotali pecuniâ sunt comparatæ, dotales esse videntur. l. 54. d. Iur. dot. vid. l. ex pecunia. Cod. eod. Cujac. 5. observat. 29. Donell. 5. com. 2. circa fin. Faber 5. conject. 9. Pacius. 5. antin. 53. Arum. disp. 15. th. 12.

5. Dos in bonis mariti est, fictione juris: reverâ in bonis mulieris. Donell. 14. comment. 4. Vultej. disceptat penult. Arum. disp. 15. th. 11. dissent. Bocer. ad l. contract. cap. 4. num. 103.

6. Donatio inter virum & uxorem, non confirmatur morte donantis: nisi res tradita fuerit, l. 23. d. donat. int. vir. & uxor. vid. Coras. 5. miscell. 1. Duaren. in tit. solut. matr. rubr. d. donat. int. vir. & ux. Pacium. 5. antin. 59. Fabr. 2. conject. 8.

7. Donatio inter conjuges, juramento confirmatur: Fachin. 3. cap. 81. non enim illa donatio bonis moribus repugnat. vid. Gray. 2. concl. 40.

8. Uxore relictis liberis defunctâ, dos à Patre profecta, non ad eum redit Anton. Faber. 1. conject. 16. Duaren. ad l. 48. solut. matr. Diss. Guibert. Costan. tr. d. dote. cap. 6. num. 3. & c.

9. Ab heredibus Mariti, dos propter adulterium retineri nequit. l. 1. l. ult. Cod. d. revoc. donat. l. 1. §. ult. ad Syllan. l. 1. ff. d. privat. delict. l. 18. d. injur. Duaren. ad l. 15. solut. matr. Diss. Menoch. d. arbitr. libr. 2. cas. 287. num. 11. & c.

10. Vir impensas in lapidicinas fecit, an Mulier ei restituet? Negamus. l. 7. §. 13. sol. matrim. vid. l. fin. in princ. d. fundo dotal. Anton. Faber. 1. conject. 8. Gædd. ad l. 77. d. Verb. Signif. nu. 8. & seq. Pacius. 5. antin. quest. 63.

Ex lib. ff. 25. & 26.

I.

Pistrinum vel horreum in ædibus dotalibus factum, regulariter pro utili impensâ, non pro necessariâ habetur. l. 6. ff. d. impens. in rem dotal. fact. l. 79. d. Verb. Signif. vid. l. 1. §. inter. d. impens. in rem dot.

2. Necessarias Impensas, quilibet, tam bonæ, quàm malæ fidei possessor; utiles bonæ tantum fidei possessor deducit. Malæ verò fidei eadem aufert: siquidem illud sine læsione status prioris fieri potest. Brönchorst. centur. 3. év. 17.

3. Stante

3. Stante Matrimonio, haud datur actio rerum amotarum. *Pacius cent. 5. Antin. quest. 67.*
4. Concubinatus de jure Civili non est improbatus. Sed in hoc, vitio laborare videtur jus nostrum. *vid. Caphallos. opin. com. contr. com. quest. 295.*
5. Filius potius praesumitur ex stupro, quam ex concubinato natus. *vid. Fachin. 3. cap. 43.*
6. Tutoris datio, pars est Jurisdictionis. *vid. Bronchorst. 1. évav. assert. 19. Scipio Gentil. d. Jurisd. fol. 149. &c. & fol. 160. Arum. disput. ad LL. 16. 6. 2.*
7. Vasalli Impuberis Tutor, datur vel confirmatur à Judice Ordinario (eiusque datio, in dubio etiam ad Feuda extenditur) non à Feudi Domino: nisi is simul Ordinarius, & Vasallus Subditus (ein Landfäß) sit. *contra Schraderum, Rosenthal. c. 12. conclus. 10. num. 49. &c.*
8. Si pupillus ratione facultatum domicilii, diversos Judices habeat, uter praefendus sit? quaerunt Dd. Nos tutius esse putamus, ut utriusque decreto constituatur. *arg. l. 30. §. 1. d. excus. tut. vid. Gothofred. ad. l. un. Cod. ubi pet. tut. M. Steph. 1. d. Jurisd. 33. num. 38. &c.*
9. Tutor statim in ipso negotio praesens debet auctor fieri: non post tempus, aut absens. *Bronchorst. 2. miscell. 6. Arum. d. disp. th. 11.*
10. Suspectus Tutor ob latam culpam, non fit infamis. *Bronchorst. 3. évav. 19. Arum. d. disp. th. 12.*

Ex lib. 27. 28. & 29. ff.

I S qui se negat Litteras scire, si modò non sit expers negotiorum, à Tutelâ excusationem non habet. *vid. Vultej. 1. discept. 8. Pacium 5. antin. 82. Donell. 3. com. 9. Duaren. 1. disp. 3.*

2. Tutor Testamentarius, cui Legatum erat relictum, si à Tutelâ se excusaverit; nihil quicquam ex Testamento consequi potest. *Novell. 1. cap. 1. in princ. junctâ l. 5. §. amittere. ff. d. his quib. ut indign. l. Nefennius, & ibi Dd. ff. d. excus. tut. Piagg d. Tut. quest. 13. dist. cum communi Soarez. in Thesaur. opin. com. lit. T. num. ult.*

3. Non à Tutelæ datione, sed ab Excusationis demùm rejectione appellari potest: contra *Cujac. Hackelm. illustr. 15. th. 20.* Non enim datio pro irreparabili damno haberi debet; cum per excusationis oppositionem removeri possit.

4. Minori adversus Curatorem, utilis negotiorum gestorum, vel actio ex stipulatu conceditur; etiam manente administratione. *Arum. disp. ad Leges precip. 16. th. ult.*

5. Tutor pro Pupillo, sollemnia tantum & consueta munera; non cetera (ut Nuptialia) mittere potest. *Pacius. 5. Antin. 84.*

6. Testamenti factio, publici Juris est; improprie tamen. *l. 3. d. Testam. contra Revard. 5. variar. 12. vid. Hilligeri Donell. enucleat. 3. cap. 9. A.*

7. Damnatus ad mortem, hodie testabitur recte: nec enim libertatem, nec bona amittit. *auth. bona damnatorum. C. d. bon. proscript. auth. sed hodie. C. d. donat. int. vir. & ux. Viglius, in §. sed hactenus. Inst. d. milit. Testam. Covarr. ad rubr. part. 3. num. 27. extr. d. Testam. Diss. Arum. disp. ad Leges. 17. th. 5. Reusner. d. Testam. part. 2. cap. 38. num. 2.*

8. Formula hæc, si filius intra decem Mensium spacium, post mortem meam editus fuerit; comprehendit etiam casum alterum, si me vivo: contra communem, *cum Arumæo, d. disp. th. 13.*

9. Si heres institutus, cui substitutus est datus, adierit hereditatem, & ætatis beneficio restituatur; Substitutio, quæ hereditatis aditione evanuerat, in integrum restitutione convalescit. *Fachin. 4. cap. 73. Trenacing. part. 1. d. Substit. cap. 18. contra Duaren. cap. 10. d. substit. Govean. 2. lect. 13. & alios.*

10. Valet Substitutio pupillaris, scripta ante Institutionem. *Pacius 5. Antinom. 92. contra Robert. 1. recept. lect. cap. 34. Govean. 1. var. lect. cap. 8.*

11. Jure militari non testantur; qui in castris versantur, & Milites non sunt. *arg. l. 16. C. d. Testam. milit. Diss. Grassus. §. Testamentum. quest. 3. num. 6.*

12. Hereditas per procuratorem adiri potest. *Duaren. 2. diff. cap. 27. Fachin. 6. cap. 96. Diss. Cujac. 1. observ. 34.*

13. Repudiata esse intelligitur hereditas, si quis deliberato animo, se nolle adire hereditatem, dixit. *Fachin. 2. cap. 49.*

14. Clausula codicillaris, si non exprimitur, nunquam intelligitur. *l. 1. d. jure codicill. l. ult. §. illud. quoque. C. eod. Menoch. 4. presump. 31. num. 2. Vaud. 1. quest. 21. diss. Clarus. §. Testamentum. quest. 8. num. 88. Wemb. ad §. Codicillis. num. 6. Inst. d. Codicill.*

Ex 30. 31. 32. 33. & 34. lib. ff.

Legatum Servo delatum, Dominus repudiare potest. *l. 7. ff. d. legat. 1. vid. l. 34. §. 2. de legat. 2. Cujac. 3. obs. 11.*

2. Id quod apud hostes est, & nostrum aliquando fuit, aut commode emere licet, legari potest. *l. 9. d. legat. 1. Schneidevvin. ad. §. non solum. num. 20. Inst. d. legat. 1. Robert. 1. sent. 17.*

3. *Quant.*

1. Quantitas eadem, sæpius legata, pluries debetur. *l. 34. §. 1. delegat. 1. l. 22. d. legat. 3. Duaren. ad d. l. 34. Cujac. 14. observat. 7. Menoch. 4. præf. 128.*
4. Cujus rei Legatario commercium non est, ei inutiliter ea res legatur. *l. 39. in fin. d. legat. 1. Donell. ad l. 34. d. verbor. oblig. Robert. 3. anim. 11.*
5. Res propria nemini legari potest: adeò ut nec Legatum, si eam vivo testatore Legatarius alienaverit, convalescat. *vid. Borcholt. ad §. sed si rem Legatarii. Inst. d. legat. vid. l. 1. d. regul. Caton.*
6. Turpia Legata, quæ denotandi magis Legatarii gratiâ scribuntur; odio scribentis, pro non scriptis habentur. *l. 54. d. legat. 1. vid. l. 48. §. 1. d. hered. Instit. & Cujac. ad l. d. liber. & posthum.*
7. Jus accrescendi, à verbali conjunctione, quasi eremodicio exulare jubemus. *l. 89. d. Legat. 3. junctâ l. 34. §. 9. d. Legat. 2. vid. Donell. lib. 7. cap. 13. & seq. & lib. 8. cap. 11.*
8. Inter conjunctos re & verbis; si quidem singuli ab initio solidum habeant, partes autem concursu fiant (contra Ant. Fabr. 49. error. 9.) est jus accrescendi *Iohan. Robert. 2. sentent. cap. 25. Fachinæ. lib. 4. controv. cap. 74. Ut & inter conjunctos re tantum. Cujac. 24. observ. 35.*
9. Fructibus annuis legatis, non intelligitur legatus ususfructus. *Pacius. 6. antinom. quest. 31.*
10. Si decem vini amphoræ, ex reditu fundi Tusculani sint legatae, & minus de eo fundo colligatur; non plus debetur, quàm quod fuerit perceptum. *l. 5. d. trit. vino, vel ol. legat. Pacius. 6. antin. 34.*
11. Si creditor debitori suo legaverit liberationem, debitor autem ignorans, heredi creditoris solverit, condictio indebiti locum habet. *Pacius d. cent. quest. 42.*
12. Legatum ad pias causas, generali Legatorum ademptione revocatum censetur: cum Tiraquello contra Nattam, & alios, quos refert *Dn. D. Harppr. ad pr. Inst. d. adempt. legat. n. 9.*
13. Speciei ex materiâ legata efformatione, Testator legatum adimere præsumitur: non verò, si aræ inædificata fuerit domus. *Dn. D. Harppr. dicto loco, num. 23. & seqq.*

Ex libro 35. & 36. ff.

I.

Suus heres, unam tantum detrahit quartam. *Vaud. 2. quest. 32. Cujac. 8. observ. 3. Diss. Fachin. 5. cap. 2.*

2. In Militis Testamento, Lex Falcidia cessat: quod mirum videtur; cum in Testatorum gratiam, Lex Falcidia introducta censeatur. *vid.*



Mynfinger. ad princ. Inst. d. L. Falcid. & adde Fr. Hufman. ad Leg. Falcid. Parad. 2.

3. Hodiè detrahitur Falcidia etiam jure vindicationis. *Cujac. 8. observ. 2. Diff. Ant. Faber 6. conject. 1. & 3.*

4. Heres naturaliter tenetur ad Legata integra præstanda. *Duaren. c. 4. ad L. Falcid. Robert. 1. sentent. 7.*

5. Falcidia, non verò Trebellianica prohiberi potest. *Sarmient. 2. select. 7. Vaud. 2. quest. 17. Fachin. 5. cap. 4. & 5.*

6. Non videtur etiam Trebellianicæ detractio prohibita, cum Testator prohibet alienationem bonorum. *Fachin. 5. cap. 6.*

7. Quartæ Trebellianicæ deductio, fieri debet ex totâ hereditate; non verò ex eo, quod superest, deductis Legatis. *Fachin. 5. cap. 8.*

8. Si is, cui legatum est, cum ad legitimam pervenerit ætatem, in minori constitutus ætate, decedat; Legatum ad heredem suum non transmittit. *Pacius. 6. év. 57.*

Ex libro 37. 38. 39. & 40.

I.

Bonorum Possessiones, non solum hodiè utiliter peti possunt; sed & in multis casibus, necessariæ esse videntur. *Oldendorp. class. 5. act. 6. Grassus, §. Bonorum possessio. quest. 5. Arumæ. 19. 4.*

2. Bonorum possessio, hodiè decretum non requirit. *Arumæ. disput. ad Leges præcipuas. 19. thes. 3.*

3. Bonorum possessio non est alia edictalis, alia decretalis. *vid. Donnell. 7. Comment. 14. Fachine. 5. controv. 73. Arumæum disput. 19. thes. 1.*

4. Collationi inter ascendentes non est locus. *Arumæ. d. disput. 19. thes. 5.*

5. Donatio simplex, ab emancipatio non est conferenda. *Arumæ. d. disput. thes. 6.*

6. Affines per se, ratione affinitatis in nullo sunt gradu: sed marito ad exemplum cognationis, aliquo modo in gradibus collocantur. *Pacius 6. év. 71.*

7. Nepotes sive soli reperiantur, sive cum primis liberis concurrant, semper jure repræsentationis in stirpes succedunt: etiam si ex statuto vel fideicommissio, proximiori hereditas deferatur. *l. 102. d. condit. & demonstr. vid. Hackelman. illustr. disput. 18. thes. 2. & 3.*

8. Filius allodii hereditate onerosâ repudiatâ, Feudum retinere nequit; etiam si ex pacto & providentiâ foret. *Hartman. Pistor. part. 2. quest. 2. Vultej. d. Feud. cap. 9. num. 114.*

9. Duo-

9. Duorum vel plurium fratrum filii, si soli sint, in capita succedunt. *Donell. 9. com. 4. Hotom. quest. illustr. 14. Thesaurus, decis. 162. Fachine. 2. cap. 3. Ant. Faber, disput. sing. junctâ ejusd. tractatui de variis nummariorum debitorum solution.*

10. Fratres consanguinei in bonis Paternis, uterini in Maternis; in reliquis aliundè quæsitis, æqualiter succedunt. *Cujac. ad Novell. 84. Donell. 9. com. 4. Val. Forster. d. Success. 8. cap. 8. num. 2. & 4. & vide contraria hæc de questione consilia in Consiliis Altorfinis.*

11. Impunè sperni Nunciatio novi operis potest, si notorium sit, nunciatorem jus nuntiandi non habere. contra *Cujac. 9. observ. 17. cum communi. Gail. 1. observ. 16. num. 4.*

12. Vetus ædificium reficienti, opus novum nuntiari nequit: nisi refectio, novâ rei facies inducatur. *Duar. d. oper. novi nunt. cap. 2. Non enim est novitas respectu vicini.*

13. Donatio non bonæ fidei, sed stricti juris est. *Pacius, cent. 6. q. 80.*

14. Donationem omnium bonorum validam esse putamus. *Vaud. 1. quest. 31. Coraf. 6. miscell. 17. An etiam futura omnia donari possunt? Nego.*

15. Filius familiæ consensu Patris, mortis causâ donare; non verò testari potest. *Arumæ. disput. 19. thes. 12.*

16. Si qui Ius Aureorum annulorum impetrârunt, jura consequuntur ingenuitatis, *Pacius, 6. quest. 86.*

Ex libro 41. & 42.

I.

Voluntas duorum dominorum, miscentium materias, efficit totum corpus commune. *l. 7. §. 8. d. acquir. rer. domin. Idemque est dicendum, si sine voluntate dominorum, casu sint cõfuse. d. l. 7. §. 9. & §. 28. Inst. d. rer. divis. contra Hotoman. Arumæ. disp. ad LL. 20. th. 3. vid. l. 5. §. 1. d. rei vindic.*

2. Naturalem dominii translationem, quæ fit per traditionem; errore vel dissensu circa causam dandi & accipiendi, non impediri putamus. *Donell. 4. com. 18. vid. l. 18. C. d. reb. cred. & l. 55. d. oblig. & action. l. 36. d. acquir. rer. dom.*

3. Possessio alia Civilis, alia Naturalis est: civilis justa, naturalis injusta. *l. 3. §. 22. d. acquir. possess. l. 22. §. 1. d. noxal. act. Arumæ. disput. ad LL. 20. thes. 7. Hackelm. illustr. 20. thes. 2. b. Diss. Petr. Hegenit. d. possess. 1. cap. 4.*

4. Duo in solidum, rem unam possidere non possunt. *Arumæ. ad LL. disput. 20. thes. 11. Borcholt. tract. d. possess. c. 2. n. 7.*

5. Quamvis à Præscriptione, Usucapio olim fuerit diversa; hodiè tamen utriusq; discrimen sublatum videtur. *γ. Trentl. vol. 2. disp. 22. th. 1. h. 1.*

6. De

6. De annuis præstationibus (Jährliche Zins) dubitari solet; an non solvendo, debitor illarum solvendarum necessitate, per præscriptionem se liberet? videbimus an affirmari possit. *Schurpff. 1. consil. 10. nu. 12. & seq. Göden. consil. 35. Diff. communiter Dd. Thesaur. decis. 179. num. 4. Borcholt. tract. d. usur. cap. 4. num. 34.*

7. Iudex interlocutoriam sententiam mutare potest: definitivam non item. *Contra Vaudum 1. quest. 49. Arumæ. disput. ad ll. 12. thes. 4. Duaren. & Gothofred. ad l. 14. d. re judic.*

8. Sententia non rescinditur propter Instrumenta noviter reperta. *Fachin. 1. controvers. 51.*

9. Sententia lata ad iudicium peritorum, quando non est publicata nomine competentis Iudicis (sondern man hat die Belehrung selbst an Statt des Urtheils eröffnet) non transit in rem iudicatam. *Trentl. volum. 2. disput. 23. thes. 2. b.*

10. In possessionem ex primo decreto mitti solent creditores, etsi sub conditione pecunia eis sit promissa. *l. 6. in princ. l. penult. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Cujac. 10. observ. 32. Pacius, 7. quest. 11.*

11. Annæ Statuta illa legitima sunt, quibus debitoribus bonorum cessio (mit Einführung des Schuldturns / vel additionis ipsius personæ) denegatur? Nego in debitoribus non dolosis. *vid. Horom. illustr. 26. Thesaur. decis. 36. & decis. 182. in fin. Alex. ab Alex. 6. genial. 10. ibique Tiracquell. Coler. d. process. executiv. part. 1. cap. 9. n. 28. & c. Moller. 1. semestr. 36. Unde & Parlamentum Gallicum cassavit renuntiationem juratam beneficii cessionis; etiam sine absoluteione à Iuramento. Papon. lib. 10. tit. 10. arrest. 3. Sed adde Praxin banque ruptorum.*

12. In fraudem creditorum alienata, cum suâ causâ intra annum revocantur ab accipiente, fraudis non ignaro; nisi possideat ex causâ lucrativâ: tum etiam in id quo locupletior factus est, tenetur. *l. 6. §. 8. & 11. ff. quæ in fraud. credit. vid. Cujac. 12. observat. 5. Wesembec. Paratit. d. titul. num. 6.*

Ex libro ff. 43. 44. & 45.

I.

Interdictum differt ab Edicto: *Cujac. 4. observ. 17. Duaren. 1. disput. 19. contra Robert. 3. sentent. 9. dictumque est, quod inter duos dicatur. Idque Momentum perperam Cujacius vocat. Guil. Val. Forster. disputat. ad Instit. libr. 4. disput. 4. thes. 1. is autem, hodiè Mandata pœnalia æqui parantur. Gail. 1. observ. 4.*

2. In

2. In præstationibus personalibus, Possessorium locum non habet. *Menoch. recup. possess. remedi. num 88. Coras. in l. naturaliter. §. nihil. d. acquir. possess. num. 14. fol. 936.*

3. Interdictum Quorum legatorum, datur heredi adversus omnem Legatarium, vel fideicommissarium: etiam eum, qui officio Judicis possessionem est consequutus. *Treutler. volum. 2. disputat. 25. thes. 2. b. Ut & contra donatarium mortis causâ. Arumæ. disputat. ad leges. præcipuas. 21. thes. 13.*

4. Interdictum Uti possidetis, non competit dejecto. *Arumæ. dictâ disput. thes. 15.*

5. Remedium Can. redintegrandæ, sine ullo personarum & rerum discrimine, spoliato datur: *Menoch. recup. rem. 15. num. 13. & idem in consil. 1. in causâ Finar. num. 8. contra quemcunque possessorem. Gail. 2. observat. 75. numer. 10. & c. Mynsinger. 3. observat. 85. Decian. consil. 25. numer. 27. tom. 3.*

6. Reus pluribus uti exceptionibus potest, etiam diversis: *l. 8. d. except. 4. 43. d. Reg. Jur. non tamen contrariis. Berens, disput. 17. thes. 1. Vinmius. disput. 8. num. 67.*

7. Dilatorix exceptiones, ante Litem contestatam regulariter sunt opponendæ. *cap. 4. ex. d. except. Bronchorst. 3. assert. 29. Peremptoria, demum post Litis contestationem. Bronchorst. 4. assert. 27.*

8. Exceptio Judicis suspecti, jure quoque Civili contra ordinarium opponi potest. *l. 12. Cod. d. Iudic. Treutler. disputat. 12. thes. 11. in fin. volum. 1.*

9. Et hodiè adhuc reliquus est aliquis usus stipulationum. *Arumæ. disput. ad leges. 22. thes. 1.*

10. Si me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio in decem erit contracta. *l. 1. §. 4. d. Verb. Oblig. Arumæ. d. disput. 21. thes. 4. Pacius, centur. 7. quest. 24.*

11. Stipulationes turpes, ipso jure regulariter inutiles censentur. *Arumæ. d. disput. thes. 8. Pacius, 7. quest. 28.*

12. In faciendi obligationibus, promissor præstando interesse, liberatur. *Gadda. d. stipulat. cap. 9. num. 16. & c. Coras. miscell. 2. cap. 3.*

Ex libro 46.

I.

Fidejussor se obligans ut principalem; nihilominus beneficio Ordinis uti potest: contra communem, cum *Arumæ. disputat. ad LL. 23. thes. 5.*

⊙

2. Exce-

16 *Cinnus Problematum Juridicorum.*

2. Exceptio Excussionis, dilatoria tantum est. *Fachine. 8. cap. 52. Græva. 2. conclus. 27. confid. 10.*

3. Prorogatione termini, absque novo Fidejussoris consensu à reo facta; haud liberatio Fidejussori contingit. *Coler. d. process. executiv. parte 1. cap. 10. num. 298. &c. contra Gail. 2. observ. 30. num. 1.*

4. Novatio rectè in voluntariam & necessariam dividitur. *Gædde. d. Stipul. cap. 5. num. 70. &c.*

5. Regulariter non permittitur, ut debitor invito creditori particulatim solvat. *Hotoman. illustr. 20. Gædde. ad l. 32. d. Verbor. Significat. Nisi ubi totum quod petitur, liquidum non est, vid. l. 21. d. reb. cred. l. ult. quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur.*



Corollaria Philologica.

I.

NUM Jesuitæ plus neceant, quàm profint Catholicæ Religioni? Ambigere licet.

2. Julii Cæsaris acta, quibus Reipublicæ patriæ libertatem evertit, sibi que Imperium totius mundi conciliavit, indigna omninò sunt viro bono, & excusari nullo modo possunt. Et multo vilior apud me fit Poësis, cum Virgilii, & Ovidii, absurdas atque indecoras adulationes in Cæsarem lego: cujus tamen gravissima flagitia, Plutarchus & Suetonius præsertim, liberrimâ ac item dubio procul, verissimâ enunciant linguâ, multis in locis.

3. Timidus mortem que non contemnens, haut bonus civis esse potest.

4. Gravissimè in Deum & posteritatem peccant; qui rerum gestarum veritatem, odio, metu vel adulandi studio suppressunt. *vid. Sebast. Franck. in præfat. Paradox.*

s. Hi

5. Hispanica, Gallica & Italica lingua, vix cedere videntur elegantia & Scriptorum varietate, Latinæ.

6. Papam, non alium aliquem Hæreticum, vel Principem secularem, Antichristum esse, hæ præcipuè rationes quorundam judicio, evincere videntur. (1) Nempè Christi humilitatem præferens, seque servum servorum nominans, omnibus Potestatibus dominatur; Corpori & Animæ vincula injicit. (2) Ejus membra, totus nimirum Ecclesiasticus Status, vitam se agere Spiritualem (quam Christus Salvator noster urget) & omnia humana contemnere simulat: interim Clericorum pars maxuma exquisitissimis Mundi delitiis, gaudet. (3) Religionem Regnumque Christi, quod non est de hoc Mundo, Rempublicam quandam facit; singularia suaquæ habeat Arcana, Statusque rationes. Ex Ecclesiâ in hoc Mundo militante, facit Triumphantem; cujus nota fiet, Felicitas & Majestas in hac vitâ. (4) Unitas Catholico-Romana, non consistit in fide unâ, non in concordia opinionum; sed in uno Capite Papâ: huic qui adhæret, quicquid blasphemum vel dicat, vel faciat contra pietatem, de immunitate non est quòd desperet. Minus Romæ periculi habere ajunt; Deum renegare, & peccatis contra Naturam inquinari; quàm Pontificis potestatem in dubium vocare. Verè Mysticopoliticum est Arcanum, permittere quibusdam facere quicquid velint: modò de pendent ab eo, qui Reip. est cap. Flagitum est Dominationis (seu Mysterium iniquitatis) diversas foventes opiniones tolerare (hinc olim Thomistæ, Scotistæ, sectæque aliæ innumeræ) diversos fovere ordines, Institutis admodum discrepantes & apertè quandoque se invicem oppugnantes (Cappucini & Jesuitæ, Franciscani, & Dominicani, à se invicem quantum discrepent, animis & institutis, nemo nescit) Hæc, inquam, omnia colligare unâ illâ opinione, quâ omnes universim Dominatum Pontificium probant, & à Pontifice Maximo dependent, πολιτικόν est Arcanum. Hoc verè Catholicum est unguentum, quod illiniunt omnibus plagis.



7. Tres hominum species existunt: Impii, Spirituales, medii seu naturales. Spirituales possident bona, tanquam nihil habentes. Naturales, seu civiliter probi, appetunt bona, sed legitimis jureque proditis remediis ea acquirunt: & acquisitis delectantur. Impii per fas & nefas ea corradunt.

8. Trias urbium divinitus servatarum, magnum videtur temporis signum: Madeburgum, Rupella, Leida.

9. Vanum est quod suam concordiam Pontificii jactant, & Reformatorem dissensiones extollunt. Anno 1576. Venetiis editus est liber, cui titulus; Ordo baptizandi, cum modo visitandi: Inibi hæc habentur verba. Credis non propriis meritis, sed passionis Domini nostri Jesu Christi virtute ac merito ad gloriam pervenire? Credis quod Dominus noster Jesus Christus pro nostrâ salute mortuus sit, & quod ex propriis meritis, vel alio modo nullus possit salvari, nisi in merito passionis ipsius? Non erit desperandum vel dubitandum de salute illius, qui supra positas petitiones corde crediderit, & ore confessus fuerit, hæc verba nigro thetâ jugulat, Index Expurgatorius Gasparis Quirogæ. Nicolaus Crassus civis Venetus, Antiparænesin edidit ad Cæsarem Baronium, Cardinalem, Patavii Anno 1606. permissu superiorum impressam, & à septem Theologis subscriptam: ubi fol. 10. approbatur, quod Joachimus Abbas, dicta prophetarum de principatu Pontificis exponit. fol. 21. Roma Babylon vocatur. fol. 45. Sibyllina & prophetica vaticinia de ruinâ Babylonis, Romæ accommodantur. Æquanimitas & candor Jac. August. Thuani, passim ex ejus Historiarum libris relucet: & non penitendo labore loca fideliter adnotavit; sed ore propudioso deturpavit, Johan. Baptista Gallus: contra quem pro Thuano stat Illustris curia Parisiensis. Quantum à Canonistarum traditionibus recedant, qui defendunt libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, Pasquierius & Tilliet, docent. Et Arresta item recentiora, contra Jesuitarum nonnullorum scripta.

10. De summo bono (cujus cognitio maxumè necessaria est. *Lips. manuduct. ad Stoic. Philosoph. 2. diff. 13.*) variæ sunt Philosophorum variorum opiniones; quæ mihi subalternæ magis quàm contrariæ videntur. *vid. Orat. Nicol. Cisneri. d. Ethices præstant. & utilit. fol. ipsius oper. Philolog. 699.* Omnium infima & vitæ vulgi accommodatissima est sententia Stagiritæ; qui externa etiam bona ad summi boni existentiam admittit. Sublimiores Stoici videntur, qui solâ virtute sunt contenti. Epicurus altiùs volat, qui voluptatem requirit; nempè masculam illam, hoc est, summam animi tranquillitatem in omni sorte. Quæ virtutis molestias solari solet, non quæ in corpore sentitur. *Max. Tyrius. dissert. 15. ad fin.* Divinus est Plato, qui summi boni ponit Ideam, hoc est, ipsum Deum: cujus participatione seu gratiâ, nos boni reddamur.

11. Nihil est faciliùs quàm benè imperare. Homo naturâ politicus est. Sicquæ veteres Romani, & Helvetii, aliiquæ Populi ac Principes, optimè Rempubl. administrarunt; nec tamen nomen fucatae hujus artis vel fando unquàm audiverunt. Sunt politicorum arcanorum scientissimi Turcæ, absque litteris quamvis vivant. *Wir verfunstlens*: exindè difficultas & absurditas modernæ politicae prudentiæ. Si bonus adsit finis, media suppeditat ipse Deus.

12. In publicis malis, non ad sodalitium sollicitè Marthæ aggregare nos debemus. Inibi solatio nolis esse potest: quòd nihil perpetuum;

Quoniam fors omnia versat.

Quòd natura humana ita sit comparata, ut eorum pars major, omninò non, vel haut diu ferre queat felicem Reipublicæ statum. Quòd tanti Imperia non sint, quæ Christiani tranquillitatem interturbent. Quòd etiam in felicissimo Reipubl. statu, & quopue ubi vera libertas vigere putatur, verè piis & pauperibus malè sit; atque persecutionem ferè majorem tunc patiantur. Quòd etiam sub Tyranno latere & vivere possit pius. Quòd Deus

Deus omne malum faciat in Civitate, & id suis convertat in bonum. Ille quandoque Imperia mutat, daß wir uns nicht daran vergaffen/ 16. ac ne Civitatem coelestem negligamus. Conculcat Deus hæc mundana, ut edoceat nos de pretio illorum. Recteque Lucretius, 5.

*Usque adeò res humanas vis abdit a quadam
Obterit, & pulchros fascēs, se vasq; secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.*

Adde Montanum, 1. des Esais. c. 18.

13. Duplex est Antichristus, Theologicus & Politicus: ut innui in Templo Just. num. 64. Uterque omnia spiritualia & ad interiorē spectantia hominem, in formam quandam Reipublicæ redigit.

14. Pontificibus sollemne est, adversariis opponere Ordines novos: Templariis & Lugdunensibus, seu Albigenis, Dominicanos & Franciscanos; Lutheranis & Calvinistis, Jesuitas, ac Cappucinos.

15. Dubitare licet; num novi Politici possint esse Christiani: Amorem subditorum qui spernunt. Qui charitatem negligunt: qui probant, ut Princeps subditos suos fame perire sinat; dum ille plus prodigaliter absomit, quàm quo omnes egeni sustentari possent. Qui Principem totius Reipubl. corpus esse censent: indè omnia ad Principis commodum privatum (non quatenus Princeps) dirigunt. Subditi ab illis sub specie Juris Principalis non defenduntur, sed exuguntur: ut Princeps habeat quo alat vanam reputationem. Quam pessimè definiunt; pompâ vanâ, non affabilitate & promptâ negotiorum expeditione. Cum externis & longè distitis Regibus, fædera inire suadent; neglectu subditorum & vicinorum. Omnem libertatem, & antiqua Privilegia tollenda esse suggerunt. Verùm

*Si latet ars prodest, adfert deprensa pudorem,
Atque adimit meritò, tempus in omne fidem.*

16. Mira est varietas morum, quibus differunt nationes. Ipsum otium haut est ipsis uniforme. Barbari in otio sedebant; Romani ambulabant, aut jacebant. *Lips. epist. centur. 1. ad Belgas, epist. 3.*

17. Legibus olim Populos caruisse, ex eo colligit Josephus, *adversus Appion. libr. 2.* quia nec vocabulum *Νόμος*, apud Orpheum, Musæum, aut Homerum reperitur: consentit Plutarchus, *lib. d. Homero* & plurimi recentiorum. Omnes (ut nuper observavit Johannes Selden, *lib. 1. Jani Anglorum, fol. 16.*) parùm accuratè. Etenim *θεμισας* sapissimè Homero & Hesiodo legimus: utrisque *Εὐνομίαν* Deam, ab eodem quo *νόμ* & themate.

18. Non absurdus est Pythagoras, qui harmoniam & concentum suavissimum agnoscit in motu cœlorum: & vel inscientiam suam, vel malevolentiam Aristoteles prodit, qui secundum litteram hæc intelligit, *in lib. de Cælo*: cùm Pythagoras, & alii Philosophi, symbolicè fuerint locuti. Sed ex illo Pythagorico dogmate, in promptu est respondere, cur Musica Dæmonas & melancholiam abigat? *i. Sam. 18.* cur animum deprimat aut extolcat? quod vel Gracchi fistula concionatoria nos docet. *Agell. 1. cap. 11.* Imò creditum est, Musicam morbis nonnullis mederi. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque, & propterea quoque vitiis aut medelis animorum & corporum: ut Agellius scribit. *4. c. 13.*

19. Olim de bonis litteris Barbaries, per multorum annorum spatia, egerat superbè Triumphum: nunc ovat exotica, præstigiatrix, & aulica nescio quæ nova prudentia. Quæ non quòd meliora sciat vel doceat; ast turpem ut excuset inscientiam, litteras spernit: ex quâ adulescentes nil possunt discere nisi ignorantiam litterarum. Non improbarem Eliam, qui Litterarum vanitatem exploderet repurgaret: sed cùm Mundum utique semper circa extrema occupatum video, in centro acquiesco.

20. Pœna-

20. Poenarum diversitatem & inæqualitatem evincere, nosque docere; Peccata non esse æqualia, Horatius ait, 1. *Satyr.* 3. inter alia scribens:

——— *Sensus moresq; repugnant;*

Atque ipsa utilitas, justipropè mater & æqui.

Quin & non uno loco Salvator noster docet; tolerabiliores quorundam fore poenas, in alterâ vitâ. Sed tamen Stoici, dextrè si intelligantur, defendi queunt. Omnes qui peccant, ex æquo sunt peccatores, ex æquo digni sunt morte æternâ, quia Deum offendunt: qui tantus est, ut ipsi illata injuria non admittat gradus. Sed misericordia Divina temperat Justitiæ quoque Divinæ rigorem.


21. Calipha Al Ghabassi Hhaphthi, hanc sibi olim religionem indicebat: ut nullum usum caperet vel cibi, vel potus, aut vestitus, nisi ex manuum suarum labore. Erat verò artifex stolarum, & tegetum elegantissimarum; quas sigillo proprio notatas in forum vendendas, præcipuis ministris suis tradebat: eas verò magnates terræ emebant, illiusque quæstus pecuniâ, ipse sibi victum parabat. *Itinerar. Benjamin.* Hæc si fecit maximus

Rex Mahumetanus: quid ni dedeceat Principes Christianos, subditorum pauperum labore sudoreque ad pompas inutiles abuti?



F I N I S.





Treebingen, Diss. 1

1578-1644

ULB Halle

3

005 882 672




SB

VJ 17







S
idicorum. 1616, 1. 40.

sque ad XLVII
ptorum.

27

HORVS
C. ET AN-
ADEMIÆ
liverfis,

gratiâ, discutiendum

um Philologi-



e,
ndri Cellii,
16.